

*ationum
spec.*

CARMEN 62.
IACOBI MORTALITATE DECEDENTI
DE SCHILO
NOVISSIMIS LIBERAT SCRVPVLIS
ET
CIVES ACADEMIAE LECTISSIMOS
AD NATALIA IESV
OMNI QVA DECET ANIMI RELIGIONE CELEBRANDA
HYMANISSIME INVITAT
IOACHIMVS SAMVEL VVEICKHMAN
S. S. THEOLOGIAE DOCTOR
HVIVSQVE PROFESSOR PUBLICVS ORDINARIUS
NATVS ECCLESIASTICI ASSESSOR AD OO. SS. PRAEPOSITVS
SVIQVE ORDINIS H. T. DECANVS *bi.*

VITEMBERGAE D. XXV. DEC. MDCCCLXVI

PRELO CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACADEMIAE A TYPIS

Ithuri The

8
P
D
P
C
Q
E
F
I



S C H I L O
IACOBI MORTALITATE DECEDENTIS
NOVISSIMIS SCRVPVLIS
LIBERATVS

Si quod est totius diuini codicis effatum, antiquitate uenerabile, momentis graue, Iacobi profecto carmen morientis 1) hoc acrius mouet animos, quod ultimas generis hominum spes, temporibus suis definitas, in illustri ponit monimento. Itaque uiri, doctrina literisque orientis florentissimi, studiis certarunt inter se, ut his antiqui foederis umbris aspergerent lucem, oraculumque, omnium temporum memoria dignissimum, interpretando declararent. Auxit eorum diligentiam multiplex

A impe-

1) Genef. XLIX, 10

impetus, quem non Iudei modo, recentiores praeſertim, in illud fecerunt, sed etiam e Christi sociis illi, qui nouitatis capti specie, maluerunt praefidiis religionem nostram nudare, quam fannae aucupandae occasionem dimittere. Longum foret, omnes, hoc in campo praelare uersatos, numerando per centere, 2) nec breuitas instituti hanc copiam patitur. Temperare tamen mihi non possum, quin eius memoriam renouem, qui, temporibus nostris, hoc ab Iacobo dictum, per omnes partes, multaque cura anquisiuit, ac, dispu[n]cto ordine temporum, in tanto lumine collocauit, ut assensionem non fleat, sed cogat. Edelmannus enim diuinitatem tabularum sanctissimarum p[re]afracta oppugnarat audacia, et criminacionibus impor-

tunis

2) Factum hoc esse, memini, cum ab aliis, tum in primis ab Summe Venerabili Carpzouio nostro, tanta cum laude a me nominando, quantam doctrinae grauissimae libertas, ac tot de coetu sanctiore promerita, iure suo, deportant, quem Deus immortalis ciuitati suae, ut optimum signum, quam fieri potest, diutissime, propitius indulgeat. Nam, in *apparatu Historico critico*, postquam ingenue professus fuerat, hoc oraculum Iacobaeum cardinale, et facile princeps esse in his, quibus Messiae aduentus contra Iudeorum peruicaciam sole clarius evincitur, eximia lectionis copia, laudat Theologorum et Philologorum diuersae familiae studia, quibus illud, luculenter explicatum, a depravationibus Iudeorum aetatis, recentioris, multo vindicatum fuit fructu p. 29

tunis multos incautiores partibus suis adiunxerat. Sed huius impudentiam *Wagneri* compressit grauitas, Praesulius Hamburgensium, doctrina uirtutibusque insignibus posteritati commendatissimi. Is aduersarii insultantis ferociam fortiter repulit, ostendens, Iacobum, tot seculis ante, cecinisse, quae nulla acies ingenii possit humani perspicere, quam ob rem monumenta, talibus praedictis insignia, non possint manifestum numen non prae se ferre. 3) Quo minus metuebam, ex ipso coetu nostro proditurum rerum doctorem diuinorum publicum, qui haec nobis arma conetur eripere. Sed, Tellerus, Helmstadiensis Theologus, optimi Patris uestigia hic reliquit, 4) et, cum uix sedati paullisper fluctus essent, quos compendiaria eius doctrina, tot reserta secessionibus, concitarat, nouas coetui sanctiori suspiciones mouit. Germanice faustas Iacobi Mosisque precationes conuerterat, cum carmine Israelitarum ac Deborahae, adiunctis animaduersionibus. 5) Quae interpreta-

A 2

tio

3) uid. ei. Warheit und Goettlichkeit der H. Schrifft und christlichen Religion wieder Ioh. Christian Edelmanns vornehmste Gedichte und Einwürffe. Hamb. 1748

4) Etenim ille Hermeneutices accuratioris admodum peritus, in praesentem delatus locum, familiarem, ueroque consentaneam huius interpretationem, prudenter religioseque retinuit, ut inferiore loco probabitur

5) *Wilhelm Abraham Tellers Uebersetzung des Seegen Iacobs und Mosis, ingleichen des Lieds der Israeliter und der Debora, mit beygefügten practischen Anmerkungen A. 1766*



tio ab Luthera tantum recesserat, quantum linguae patriae mundities postulauit, saluo rei ipsius capite. En uerba. Auch wird das Scepter bey Iuda bleiben, und nie ein Anführer aus seinem Geschlechte mangeln, biß daß der Held komme, und Ihm werden die Völcker anhangen. 6) Neque uero ita multo post editus in lucem est, utar ipsa auctoris formula, quasi frater eius germanus, sed sententia dissimili. Hic liberius parentis sui sensus nudat, hunc in modum. *Subsistemus in nostra interpretatione, quæ unicemus, esse urbem Schilo intelligendam, et respici VNICE ad illud tempus, quo, absoluto itinere, arca ibi reponenda erat, ut dicere uoluerit vir sanctus,*

Iudam per totum iter in terram Canaan reliquis tribibus praeiturum fore, bosque constanter eum sequuturos, usque dum uenerit Schilumtem 7)

Non ignorat vir doctissimus huius celebritatem loci, cui, fatetur, ineunte diatribe, accidisse, quod praeter orationem Paulinam i Cor. XV. 29 et Ioanneum i Ep. V. 7. nulli, ut omnium fere, qui in interpretando aliquid ualearent,

6) I. c. p. 40

7) in Notis criticis et exegeticis in Gen. 49 Deut. 33. Exod. XV. Iud. V. 1766. p. 138. add. p. 143. ubi summam rei ita legas: *Iuda tamdiu antesignanus reliquorum erit, quamdiu in itinere uersabuntur*

rent, disputationibus, uel in perpetuis commentariis, uel
 in obseruationum libris, uel denique in exercitationibus Aca-
 demicis frequentaretur. 8) Sed tantam, miratur, operam
 frustra consumptam, quod in Iacobi uaticinatione plane
 nulla difficultas reperiatur. Culpam laboris otiosi coniicit
 in praeiudicatarum uim opinionum, quae optimos coegerit
 quaestioneum nodos necere, quibus adhuc ex toto soluendis
 impares fuerint. Vnde tandem hic impetus uiolentiae.
 Querelas fundat ipse, iustasne an iniquas, post uidebimus.
 Per omnia secula, N. T. primum secuta, Theologi summi, ni-
 bil tale postulantes, habiti fuerunt, qui in interpretatione
 scripturarum minimum ualerent, nuncque talium extempo-
 ranei in Scripturam labores pro ipso uerbo diuino, clare scri-
 pto, a posteris uenditantur, et aliis, non sine austерitate,
 obtruduntur. 9) Haec, per omnia, si probari possent,
 magnam sanctior orbis uiro Clar. gratiam uere debere uide-
 retur, quod hoc iugum seruile a ceruicibus nostris deiecerit,
 ac libertatem reddiderit, planiorem uiam posteris monstran-
 di explicandorum monumentorum sacrorum

Nec uero paruam mouet expectationem auctoris eru-
 ditissimi diligentia, animusque liber a partium studiis, quae
 caeteros interpretes occupant, quo minus uerum cernere

A 3

possint

8) p. 130 9) p. 131

t possint. Quodsi, Franzio, de interpretatione sacrarum scripturarum, monitore, repetita codicis diuinitus prodiit lectio, magnum praesidium sententiae sumministrat inueniendae ac declarandae, haec quoque uirtus illum tanto magis ornat, quod ad superiores dotes accedit. Sic autem Vir Amplissimus de se praedicat, in epistola ad duum viros, doctrina praestantes, S. Venerab. Semlerum, et illud strem Michaeliem, notis Criticis praefulta. *Hoc quidem libere p[ro]ae me fero, animum meum ita semper inclinasse in interpretationis librorum sacrorum, et V. T. maxime studiū, ut per sex uices uniuersos libros perlegerim, decies aut ultra etiam particulas eorundem, atque omnia subsidia cum his lectionibus coniunxerim, quae aliquid adiumenti ad certiorem intelligentiam adferre possent, neque plus proprio studio in hoc disciplinae Theologicae genere exercuisse, quam aliorum institutioni artificiosae tribuisse.* Evidem de hac gloria detrahere nequaquam, aut istis annumerari cupio, qui, sicut ibidem queritur, ipsi male uelint, cuius causa potius, ex animi sententia, uolo, amicitiae praesertim cum beato Parente recordatione ductus, in cuius quidem tumulum etiam nunc purpureos spargo flores, eo lubentius, quo pluribus ipse documentis habeo compertum, eundem summo, quo a filio maestatus fuit elogio Theologi, si quisquam, dignum fuisse. *VIR FVIT, QVI NEMINEM DICTIS FACTISQVE*

LAE-

LAESERAT, ET IN HAC ABSTINENTIA SE QVOTIDIE EXERCERET.
 10) Sed, animaduersionibus tamen hisce semel iterumque perlectis, admiratus saepe sum, illum toties uocum proprietatem deseruisse, ubi non fuerit opus, contextamque orationis seriem turbasse, praetermissis iis, quae suae poterant interpretationi nouae officere. De analogia, quae dicitur, fidei commemorabo nihil, quia scientiam hominum piorum, temporibus prisci foederis, nimis minuit ille, atque obscurat in doctrinis illis, quas de Christo, salutem consecuturi sempiternam, cognitas perspectasque habere debuerunt. Nihil autem, fateor ingenue, me uehementius offendit, confidentia, receptam monumentorum diuinorum lectionem migrandi, quoties leuis commodioris explicationis species suberat. Hinc, fugere neminem facile potest, tot sunt nouitates natae, iucundiores forsan, si dilucidior eas ordo commendaret. Neque uero omnes ipsi uiro celeberrimo satisfaciunt, qui contortum istud ac uagum, quod aberrationes ab rectis interpretandi praeceptis statim produnt, in multis sentit, et pro sua modestia indicat. *Quis ergo sim, si ita agere uellem, quasi operis undiquaque perfecti laudes mibi postulem,*
 et

10) Epistol. dedic. ad S. V. Semlerum et III. Mich. praefulta notis criticis et exegeticis in Gen. XLIX. cert

VIII

*et non potius etiam aperte fateri relictæ in multis dubitatio-
nis conscientiam.* 11) Aliis tamen in locis sibi satisfecit
adeo, ut nolit a possessione certi, uel ab amicis suis, dimo-
ueri. Horum in numero est declaratio carminis Iacobi de
urbe Schilo, de qua tantum abest, ut, fiducia plenus, du-
bitet, ut miretur ualde, niemini eam in mentem uenisse,
illis praefertim, qui de urbe Schilo, ex aliorum opinione,
fecerint mentionem, nec metuat ullius impetum strenuum.
Sed ipse firmam animi sui confisionem aperiat. *Non ue-
reor, ne mibi succenseatis, eadem fiducia in disputatione super
uerbo Schilo utenti.* Etenim plane non video, quid cum
magna adeo specie contra dici possit, et multo minus cogita-
tione asequi possum, quo modo fieri potuerit, ut inter tot
huius loci interpretes nemo adhuc extiterit, qui ita sponte
in eam occurreret, ut se se sponte offert, et omnibus iis to-
ties profecto obtrudit, qui toties in enarrandis Iudeorum
sententiis scripserunt, esse etiam quosdam, qui urbem Schi-
lo intelligendam praecepiant. 12) Neque ulli parcit ope-
rae, ut caussam suam, coloribus undique conquisitis, exornet.
Recenset enim primo, Iudeorum quorundam, Chalda-
corum Paraphrastrarum, Iudeorum reliquorum, sectato-
rum tandem Christianorum, discrepantes explicationes, ut,
quam

11) Epist. dedicat. cit.

12) l.c

quam

❧ ♫ ☙

quam sit error per manus traditus, appareat. Deinde, quid sibi videatur, exponit, argumentis cumulatis, quae, quemadmodum sperat ipse, *nullo modo labefactari possint.* 13) Haec in tres distribuit classes, ut alia sint *Grammatica*, atque e uerbis ducta, alia *Historica*, ab itinere Israelitarum per solitudinem sumpta, alia *Dogmatica*, quae et religiōnem ipsam, et interpretandarum scripturarum decreta complectuntur. Sequemur hunc ordinem, et, quid in his omnibus desiderandum videatur, significabimus. Ita fratris illis ac debilitatis, communis, uti spero, stabit sententia, quae cum satis expedita sit ab aliis, mei non eget praefidii, nisi, quantum temporum licentia nostrorum poscit. Quod quidem propositum, rationes suas ad limam reuocandi, tanto, auguror, feret mitius Vir S. Reuerendus, quanto cupidius hoc in alios molitur. Nec quicquam de hac aequitate iudicij ambigo, quam S. Venerabili Semlero atque illustri Michaeli promittit affirmate. *Summum ius uobis a me relinqu, hoc facilius mihi creditis, quo liberius idem mih. sumo, et usurpauit adeo aliquando.* 14) Vos autem, Ciues Religiosissimi, has ferias, Natali Iesu recolendo dicatas sanctius celebrare non potestis, quam, si uaticinationes ultimae memoriae, ortum Pacifatoris nostri salutarem porten-

13) Not. crit. p. 133

14) Epist. dedic. cit



portendentes, fueritis curatius meditati. Quae religio, sicut fidem uestram, quam Christo nato obstrinxistis, magnopere confirmabit, sic animos uestros impellet, ut, patrum antiquissimorum uestigia persecuti, in solo Messia perfugium solatiumque reponatis

Commentationis primordia Vir celeberrimus capit a uariis Iudeorum sententiis, quorum non nulli urbem Schilo iam intellexerunt, ut ei facile potuerit consimile quid in mentem uenire. Sed has omnes a mirificis profecto nugatoribus existimat effictas, quamuis in significacione uerbi בָּא, qua notat destrui, non destruere, ut ipse explicat, 15) isti caussae suae haud omnino desint. Nam formulam de solis occasu in subsidium uocant apud Aben Esram 16) יְרֵשׁ יְבוֹא כְּמוֹ בָּא הַשְׁמָשׁ אוֹ עַד כִּי יְבוֹא קַץ שִׁילָה (exponentes illud ueniet, sicut, et occidit sol, aut donec ueniat finis Schilo. Neque linguarum repugnat analogia, qua domus dicitur occidere, pro interire. Opinio tamen ipsa merito relinquitur perinde, ac reliquae Iudeorum interpretationes, quarum numerat undecim Manasse ben Israel, in conciliatore, 17) ipse quam felicat, incertissimus. Saniores

15) p. 133. *omnes mirifici profecto nugatores, quibus נָבָא est destruere*

16) comment. in h. 1

17) Quaest. LXV. in Genes. p. 88. squ

niores sequuntur partes illi e Iudee posteris, qui cum paraphrasibus Chaldaicis faciunt, et Schilo ad Messiam referunt, tamen etsi de uocis origine magnopere discrepant. Interpretationem latinam dedit earum doctissimus vir, nec tamen, id quod promittit, uerbum de uerbo uertit. Neque enim Ionathanis שְׁדֵךְ מִזְבֵּחַ significat, usque ad tempus, sed, in perpetuum, unde nouis Iudeis est locus datus, a uera mente Iacobi aberrandi. At haec minoris habentur momenti, illud grauius, quod interpretes Chaldae, certatim, nos ad Christum uocant, siue testimonii antiquitate nostram mouent animaduersionem. Eorum quidem ualde minuit auctoritatem Kennicottus, in dissertatione secunda, super ratione textus Hebraei V. T. in libris editis, capite secundo, quod totum de paraphrasi Chaldaica praecepit. Affert autem nihil, cui non satisfecerit, excitatus a me, Carpzouius uenerabilis 18) Largior Kennicott multiplices harum paraphrasium corruptelas, istis temporum hominumque iniuriis illatas. Do, multis in locis, hodie nas editiones contexto Hebraeo conformatas, tam ab Iudeis, quam Christi sociis. Hae tamen labes non impediunt, quo minus egregias nobis opportunitates praebant, cum primis, quo pacto uetustas prisca uaticina

B 2

tione

18) in Critica Sacra V. T. P. II. C. I. de Targumim p. 430



tiones enodarit, ostendant. Sic, ut hoc utar, Iudei, euidentia carminis Iacobi percussi, ad ambiguitatem uocis **מְבָשֵׁל** sese recipiunt, ac uirgam plagamque pro sceptro sumunt, ita uocem contorquentes, Messias nondum uenit, quod exitii nos adhuc premit calamitas. Rectiora mox docent Targumim, in quibus Onkelos habens principatum, Pseudo Ionathan, reges et dominatores, Hierosolymitanus, reges transferunt. Praecipue multos aetatis nostrae in Messiam religione superant, ac de eo praedicta in clariore luce ponunt, testes ueri non spernendi. Quidni pugnamus his armis cum Iudeis *καὶ ἀνθετοῦ*, eosque sensim ad intelligentiam maiorem ueteris perducimus instrumenti, propterea, quod illis, id quod Carpzouius, loco laudato, probauit, et Karaitae et Rabbanitae, plurimum tribuunt. Quidni comparamus eas, aequa ac reliquas interpretationes antiquas, ad uim dictionum germanam melius explorandam, consilio Michaelis, uiri in literis orientis uersatissimi, obsecuti: *Die ältesten Rechte bey der Erläuterung des Hebræischen mag wol die Chaldaeische Sprache haben.* 19) Quod si caeterae non obsunt rationes explananda Scripturae, consentiunt potius, et excitant attentionem illae, et, suffragio suo, iuuant explicationem

Ab

19) *in der Beurtheilung derer Mittel die ausgestorbene Hebræische Sprache zu verstehen* p. 233

Ab interpretibus transit Vir doctrina celebratissimus ad *Sectatores* quosdam, ut, in quanta uarietate hic locus sit temporibus omnibus uersatus, ponat in numerato. Ex antiquioribus in scenam producit Julianum, qui, Cyrillo teste, Schilo per *Missum* explicarit, quasi לילש legeretur, 20) totumque praedictum ad *Nabochodonosorem* accommodarit. Quid senserit iste, sic expromit. *Habebit tribus Iuda regale imperium, donec uenerit rex Nabuchodonosor, qui Babylonem ultimum regem Zedekiam abducet, nemine deinde amplius e tribu Iuda regnante.* 21) E quibus patet, esse in promptu, Julianum non plane impium egisse, cum tamen uaticinium in Iacobi uerbis concesserit inesse. Eundem, existimat, difficultates historicas, quae uulgarem premant interpretationem, sensisse, quibus sit adductus, ut de Nabuchodonosore mallet, quam de Christo, cogita-

B 3

re.

20) Hac de sententia, quae etiam Hieronymo, aliisque attribuitur, placet, b. Telleri interponere iudicium. Diese Auslegung kann deswegen nicht bestehen, weil darinnen eine verwegene Aenderung des Grund Textes, sowol in Ansehung eines Buchstabens, als auch in der Punction, angenommen wird. in obseruatt. ad Bibl. Anglicana T. I. p. 425. Cui addas Mart. Heluici Sceptrum Iudee, seu breuem explicationem ac vindicationem uaticinii Iacobaei Gen. XLIX. 10. Tom. IV. Gieß. p. 298

21) p. 135

I re. Cyrillum denique notat, quod aduersarium durius acceperit, uoce *Schilo* per *Miffum* translata, cum e uulgata pependerit conuersione. Sed, loco diligentius considerato Cyrilli, miratus sum, amplissimum uirum hic uidisse, quae cernere oculis meis non potuerim. 22) Largiar, quamuis conceptis uerbis de Nabuchodonosore commemorarit nihil, rem ipsam tamen spectasse, quod ab Iacobo dicta ad regnum Dauidis retulerit, cui finis in Ezechia rege sit utique factus. Illud dare non possum, impietatis omnis absoluendum esse Julianum. Quanquam enim uaticinationem in Iacobi uerbis non dissimulauit, illam tamen contorsit eo animo, ut dignitatem Seruatoris minueret, eiusque amicis stabilia fundamenta, in praedictionibus antiquis deposita, collabefaceret. Nec uero scrupulos memorat illos, e rerum gestarum monumentis depromptos, quibus, uulgo recepta, explicatio putatur obruta, sed negat, in Iesum quicquam horum quadrare, quae cecinerit Iacobus, quia non fuerit e Iuda, e Spiritu Sancto quippe natus, genusque Iosephi, propter Matthaei ac Lucae, Genealogorum Christi, insignem discordiam non sit expeditum. Istud uero statim nouum existinuui, Julianum e uulgata pependisse, quando uoci *Schilo* uim *Miffi* dede-
rit.

22) VIII. in Julian. init

rit. Aliter longe eam conuertit. Καὶ δὴ οὐ γένεθλιον πως
 ἔχει, ἔως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀπόκειμενα αὐτῷ, παραπεποίκατε δὲ ὅμοιας ὑμεῖς,
 ὡς ἔλθῃ, καὶ ἀπόκειται. Scriptura se dupliciter habet, donec
 ueniant, quae reposita sunt ei. Vos autem similiter per-
 uertistis, donec ueniat, cui repositum est. Quis conferens
 uarias lectiones LXX interpretum, non statim perspicit,
 Julianum eos magis, quam uulgatum, habuisse ante oculos.
 Minime uero Cyrus Julianum accipit inhumanius, quod
 nuntii potestatem praetulerit. Hoc agit modo, ut Iudae
 regnum, probet, in Ezechia finem non habuisse, continuatum,
 per Zorobabelem, donec Christus ueniret. Nec temere
 gentium proponit expectationem, quae Iesu fuerit
 diuinitus reposita, atque ortum eius a Spiritu Sancto con-
 ciliat partui uirginis, ex genere Dauidis, ac Iosephi, Patris
 asciti, curae. Istam aegerrime fert audaciam, qua deser-
 tor religionis uerae Iesu, unici filii Dei, praestantiam ob-
 scurauit, per speciem, Mosen caeterosque uates, unum
 Deum colendum, praccipere. Quapropter Tellerus non
 habuit, cur Cyrilli notaret asperitatem, aut Juliani de-
 prauationem nimium mitigaret

Iuliano Seruatum iam iungit idem, interpretem minus
 infensum, quod Seruatorem nostrum, non penitus ex ani-
 mo diuittendum, putarit. Is sicut praesagitionibus diui-
 nis instrumenti ueteris duplarem sententiam tribuit univer-
 se,



se, quarum alteram literalem uocat, alteram spiritualem, sic Iacobi morituri uerba, statuit, sublimius accepta, ad Christum pertinere, quamuis ipsa, per se, alio spectent. Portendi enim tempus arbitratur illud, quo Iosua in urbe Silo arcam reposuerit, expugnatamque terram per tribus diuiferit. Nititur autem uoce Schilo, quae quietem ac diuicias indicet, originem eius a שיל secutus, quibus bonis Israelitas Iosua Silunte bearit. Quas commentationes Moshemius, e Serueti libello rarissimo, qui inscribitur, *Christianismi restitutio*, quemque a la Crosio mutuum sumpsferat, decerpit. 23) Sed, hic optat uen. Tellerus, ut ille copiosius Serueti mentem excusserit, quia non satis pateat, qua ratione nomen non personae, sed urbis, cum Christo coniunxerit. Indignius multo fert simul Moshemii, de Serueti studiis, iudicium interpositum. *Das Wort Siloh bedeutet, wie Seruetus glaubt, Ruhe und Reichthum, und diese beyden Dinge erlangten die Kinder Israel zu Siloh durch Iosua. Sind dieses nicht Gedanken, die in einem reinen und gesetzten Verstande unmöglich haben koennen empfangen und gezeuget werden.* Quid ad haec Tellerus. Atqui hoc credo, mi Moshemi! Sed, nonne etiam protu ingenio acerrimo suspicari debuisses, aliquid ueri inesse,

et


23) im anderweitigen Versuch einer vollständigen und unparteiischen Ketzer Geschichte p. 340

et hac opportunitate uti, ad diligentius tractandum locum. 24)
 Bona uerba, quaeſo. Quis a ſcriptore uitae Seruerti hoc
 expeſtat, ut, ex iſtituto, locum perſequatur, tot inter-
 pretum curis expeditum. Satis habuerat, quid fenſerit
 iſte, proponere candide, peruerſendi libidinem mirari, le-
 toribusque, ueri intelligentibus, diſceptationem relinque-
 re. Quod ſi uir immortalis, Theologi polemici, uel in-
 terpretis, non historici, perſона in ſe fuſcepta, hoc ueruſta-
 tis documentum data opera inueſtigafſet, neque uocem
 Schilo mutaſſet, neque noui quid excogitaſſet, quod
 non uerba ſtatiſ ſequentia de obſequio populorum repre-
 hendifſent. Non autem ſunt e longinquo repetendaſ indi-
 gnationis huius cauſae. ſolet enim auctor clariff. talibus
 amicioſ hominibus, inuſitatas eorum opinioneſ reuocare
 in ſcenam, exornataſque ſpeciosius commendare pro nouiſ.
 Nam, cum primum Seruerti Tellerique ſuffragationes com-
 paramuſ, quam conſpirent egregie, ſtatiſ animaduerti-
 muſ. Moſhemiuſ uero breuitate non utitur obſcuriore,
 quin, e conſimilibus additiſ deprauationibuſ, quid ſtatu-
 tum Seruetuſ habuerit, intelligatur. Etenim, quem ad
 modum, reliquos antiqui foederiſ duces ac principes ima-
 ginem Christi, cenſet, expreſſiſe, ſic Iofua, Iſraelitiſ tran-
 quillaſ poſſeſſioneſ Silunte diſtribuenſ, ei piae ſe ferre

C

Serua-

24) p. 136. 137



Seruatorem uidetur, beatam suis tranquillitatem paratrum. Haud aliter Psalmum CX. enucleat, *Iussit dominum meum dominus dextram occupare suam.* Hic, si Seruetum audis, scriptum Salomonem, quem Dauides successorem designarat, nobis in mentem reuocat, sed ad Christum cuncta postremo collineant. Quis autem ferat tam uagam orationis sacrae uim, quae certum tollit interpretationis, ac freна laxat audaciae, uel leuem foni similitudinem in uoce Silo captandi. Maior fuit Moshemio grauitas, quam ut hanc inconstantiam leuitatemque probaret, exemplo Serueti docens, uerba diuinitus prodata, ea, qua par est, religione, ad certa interpretandi praecepta referenda, nisi uelimus turpiter aberrare

Interpretum denique, Christo deditorum, sententiae Tellero uen. probari non potuerunt, quod semel captus urbis Siluntis praeconcepta e Serueto opinione, in alia omnia discesserat. Reste, illos Paraphrasi Chaldaicae, monet, obsecutos, propterea, quod huius exemplum uel antiquitate interpretationis se commendarat. Nec uituperanda eorum diligentia, qua in ipsius uerbi significatione, a Tellero, quod uidebimus, non confutata, quae fierunt Paraphrasum Chaldaicarum de Messia iudicium. Quod si in uocibus reliquis hae uersantur liberius, caput caussae non attingit, in aduentu Messiae constitutum. Illud miror,
doctissi-

doctissimum virum Isidoro Pelusiotae inhaerere, 25) cum tamen ipse, diatribe ineunte, Iustinum Martyrem dicat antesignanum, quem coetus sic orientis sacer certatim infestus. Huius equidem testimonium tanto maioris facio, quod in dialogo cum Tryphone Iudeo firmamenta disputationis, non facile conuellenda illa quidem, conquerere debuit. Alioqui statim summonet aduersarius, dubia sunt uaticinationis omnia uerba, nec quicquam disceptandae controversiae seruiunt. 26) Αμβιβόλοι πάντες δι λόγοι της προφητείας, καὶ ὅμδεν τμητικὸν εἰς απόδειξιν, ἐνπεφ ρέουλαι αποδεῖξαι, ἔχοντες. At oraculo Iacobi magnopere Iustinus confidere solet, unde possit praesidia sumere, concedenda sine mora, nisi uelit altera pars pudorem perdere omnem. In illis numerat continentem Prophetarum principumque successionem ante ortum Christi, his decoribus postea sublatis. Sed Iustinus ipse uerba faciat. Οτι ὅμδεποτε ἐν τῷ γένει ἡμῶν ἐπαύσατε ὄντε προφήτης ὅπερ ἀρχων, μέχρι οὐ ὅντος Ιησοῦς Χριστοῦ καὶ γέγονος καὶ ἐπαθεν, οὐδὲ ἀναιρέντως τολμήσετε ἐπεῖν, ή ἀποδεῖξαι ἔχετε. Nunquam in genere uero defuisse aut Prophetam, aut Principem, donec hic Iesus Christus et natus sit et perpessus, ne impudenter quidem audetis praetexere, neque comprobare potestis. Μετὰ δὲ τοῦ Ιησοῦ ἡμετέρου Χριστοῦ ἐν τῷ γένει ὑμῶν Φανέρωσιν καὶ Θάρατον, ὁμδαιμον προφήτης γέγονεν, ὅμδε ἐτιν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔνοι

C 2

νμᾶς

25) p. 137. 26) C. 65.

Σύμμας ὑπὸ Ιδίου βασιλέως ἐπαύσατο, καὶ προσέτι ἡ γῆ οὐκῶν ἀγήμαθη.
 At post Iesu Christi nostri, in gente uestra, conspectum et
 mortem nusquam Propheta extitit, neque est, sed etiam regi
 uestro parere desistis, uestraque insuper terra deuastata iu-
 cet. In eo autem triumphat oratio Iustini, quod Messiam
 Iacobus expectationem laudauit gentium. Iudeos enim
 hoc fero cernere, amicos autem Christi iam eum uenerari,
 gloriosumque redditum sperare. Τὸ δὲ εἰπεῖν, ἀντὸς ἔσαι προσ-
 δονία ἐθνῶν, ἐτύμανε, καὶ τὰ ἐθνη μέλλειν ἀντῷ πιεύειν, ὅπερ ὄφε ποτε
 πάρεστιν ιδεῖν οὐμῖν· οἱ γὰρ ὅπο τῶν ἐθνῶν ἀπάντων διὰ τῆς πίεως τῆς τοῦ
 χριστοῦ θεοσεβεῖς καὶ δίκαιοι γενόμενοι πάλιν παραγενησόμενον αὐτὸν
 προσδοκῶμεν. Quod ait uero, ipse mouebit gentium deside-
 rium, significat, uel gentes ei fidem habituras, quod sero
 quidem uobis licet uidere. Nos enim, qui de gentibus omni-
 bus per fidem in Christum Dei cultores iustique euasimus,
 rursus aduenturum ipsum praestolamur. Quid ad haec Iu-
 daeus, alias obstinatior. Responcionem differt in alium
 locum, et colloquium alio conuertit, num praeter opifi-
 cem mundi alias sit Deus adorandus. Adeo uim praedi-
 tionis Iacobi sensit, nulla specie frangendam. At enim
 Iustinus, Reu. Tellerio iudice, fuit ἀνεβράσθεος, literarum ex-
 pers Hebraearum, cuius ignoracionis ergo minus eius au-
 toritate stare liceat. Neque uero ego dissimulo doctoris
 antiqui inscientiam, qua cum aliis laborauit. Sed cum

LXX premat interpretes, qui praecipuas dicti partes re-
ete conuerterunt, et res ipsa luceat per se, nihil impedit,
quo minus hunc testem admittamus, e quo cognosca-
mus, quae priscis Christi alumnis, Iudeis non repu-
gnantibus, de Iacobi decedentis spe, sententia magis pla-
cuerit

At haec interpretatio, antiquitus recepta, punctum
Helmstadiensium Antistitis non fert, cuius nihil in Iacobi,
ex hac migraturi uita, uerbis reperit. Aliam igitur potius
ingreditur uiam, quae ipsi plana adeo uidetur, ut ea, sine
mora, incedat. Iuda, scilicet, per totum iter in terram
Canaan reliquas tribus antecedet, hae eum sequentur, do-
nec Schiluntem accesserint. Quam perfecturus senten-
tiam, caetera, quae sequuntur uerba, uelut in transcursu,
tractat postremo, caussam interserens hanc, quod caput
rei non attingant. Ipse uir sagacissimus suam defendat
celeritatem. *Reliqua uerba, in extremo, paucis attingen-
tes, tanquam in quibus uarietas interpretationum uim pri-
mariam sensus non mutat.* 27) Sed hoc attento cuique
lectoru suspicionem statim mouet, quod legislatorem, e
medio Iudei oriundum, frustra quaerit, non exigui ad rei
summam momenti. Imitari sic uidetur uir sollertiaffimus
callidos caussarum patronos, qui, quod reis nocet, uel

C 3

omit-

27) p. 138

omitunt, uel breuissime dicunt, in eo, quod predest, triumphantes. Hi incautis persuadent, eos, qui animos aduertunt, ad cauendum faciunt circumspectiores. Regum saltē legislatorumque successio rationes Tellerianas, sine dubio, sic infirmat, ut specie sua mox priuentur. Sed copias argumentorum Vir celebr. educit, quo partim uarietate delebet, partim multitudine percellat. Grammatica, ut diximus, historica, dogmatica cumulat, e quibus, quod placet, feligas, grammatica uero in prima acie collocat. *Ordemur, inquit, a grammaticis, a quibus optandum esset, ut omnes interpretationum suarum initia ducerent 28)*

Laudo uehementerque comprobo studium explicandarum prius uocum, quam ad rem declarandam progrediare. Quis enim potest, nisi uerbis scriptoris intelletis, quid spectarit ille, cognoscere, quippe cum signis hisce mentem suam prodat. Itaque Philippi nostri formula optimo cuique interpreti semper est ante oculos proposita, Scriptura non percipitur Theologice, nisi prius fuerit grammaticae percepta. Quod nisi tenetur, per nescio quos abditos uagamur recessus, satis sanctos illos quidem, sed non satis rectos. Nec uero minus caendum, ne uerbis inherentes nimis, rem, ab ipso Spiritu diuino commendatam, negligamus, opinati sensum, qui

28) l. cit

Mysti-

Mysticus appellatur, temere sensus nomine insigniri, siveque ab usu loquendi ueterum discedamus, quo sensus allegoriarum non in uerbis, sed rebus, ponitur, eaque ducti opinione uaticinationes miris modis peruertamus, Christum, postremo, cum Tellero in subsidium uocantes, ubi nos explicationis nostrae incerto uideamus ad incitas redactos

Primum igitur grammatica auctoris persequamur praefidia, quorum duo sunt. Alterum e formula, donec uenerit *Siluntem*, prorsus Hebraica, alterum e scriptura ipsa שילה capit. Formulam quidem sic rimatur, ut, Hebraeos, probet, si terminum uelint temporis figere, quo quis ad locum quendam uenturus sit, uti siue simplici ט, siue hoc כ ט, siue tandem ע ר. Locos plures laudat hanc in sententiam, sed Deut. X. 7. non 17. hic pertinet. Adiungit illud, uerbum בוא constanter usurpari de profecitione ad locum, ut nihil opus sit testimonia cumulare. Ne quis denique ה, quod appellant locale, requirat, illud modo, sumit, adesse, modo abesse, praesertim cum ה praecesserit. Praecipue totam dictionem urget, בוא שללה uenire *Schiluntem*, quae uerbis conceptis, 1 Sam. IV. 12 inueniatur. Quibus subductis rationibus negat, si uelis de urbe ab Iacobo dicta exponere, quicquam ab Hebraismo alieni statui. Nec tamen communis sententiae paria pondera

dera inficiatur, usum magis loquendi pro eadem propagnare largitur, si finxeris, usque dum ueniat dominus pacis, uel, quocunque alio nomine personae illum שילה afficeris. 29) Quid de his omnibus pronuntiandum sit, nunc percontemur. Evidem non nego, quae de significacione particularum מושג monentur. Neque illud in dubium uoco, uerbum בואה de profectione ad locum adhiberi. Hic uero simul retinendum illud est, non semper locum addi, sed aduenientem modo commemorari. Sic Gen. XXXII. 12. Iacobus, Esau aduentu perterritus, a Deo contendit, ut ipsum e manu fratris eruptum liberet, בזיבואה, ne ueniat, ipsumque trucidet. Parimodo uates Esaias XL. 10. Zionem cohortatur, ut magna uoce exclamat, יבואה הוה בחזק ecce Ioua cum uirtute ueniet. Nihil igitur impedit, quo minus uerba Iacobi non de urbe Silunte, sed ipso pacificatore Christo accipiamus. Tandem, damus ambabus, totam formulam, uenire Schiluntem, in tabulis sacris inueniri. Sed inde nihil colligitur aliud, nisi, posse hanc potestatem locum habere, non, re ipsa, praesenti in oraculo, eam esse preferendam. Immo ipse uir doctissimus, tantum abest, ut huic argumento confidat, ut parem putet interpretationem de loco, ac de persona. At uero iudicat iniquius, cum hoc solum caussae nostrae praesidium pro-

nuntiat, quae reliquis omnibus prorsus destituatur. Sed hoc unicum etiam est argumentum, ex quo aliquid praesidii huic adferri potest: reliqua omnia desunt. 30) Quin statim potius perficiemus, longe plures rationes maioresque nobis adesse, quam contrariae explicationi. Sequamur iam uen. Tellerum ducem, atque a uoce שילה, maxime dubia, capiamus initium. Scriptionis uarietatem partim monstrat uniuerse, partim in hoc ipso, de quo controuersia agitur, loco. Quatuor scribendi modos urbem Siluntem obseruauit, in uaticinatione uero Iacobi, Flacianam commemo- rauit differentiam codicum, in quibus fuerit שלו exaratum. Adiunguntur Chaldaeus Graecique interpretes, qui in codicibus suis שלה sine Iod legerint. In primis in vulgata illa moratur, quae non potuerit שלח conuertendo labi, si Iod affuisse, perinde atque reliquae interpretationes tanquam affixum cum praefixo ו reddiderint nullo modo, quia ו nunquam sequente י praeponatur. Quid inde Tel- lerus ratiocinando colligit. *Quae omnia eam uim habent, ut plane cogant credere, שילה in hoc loco nomen urbis esse, cum non solum eius scriptura in ipsis libris impressis alibi diuersa sit, uerum etiam in hoc ipso loco uaria exempla ua- riam orthographiam sequantur.* 31) Sed haec omnia ora-

torie

30) p. 139. 31) p. 141

torie magis persuadent, quam cogunt mathematice, usu
receptam deferere sententiam. Mihi quidem, in uoce ra-
riore, scripturae discrepantia adeo mira nequaquam uide-
tur. Constat enim inter omnes, quid hic sit non ab li-
brariis tantum, sed etiam interpretibus peccatum, literis
praesertim, quae eodem corporis membro proferuntur,
permutatis 32) Idem saepius accidit in affinibus litera-
rum figuris, quae minus attentos mirifice deceperunt.
Quapropter in uoce שילָה tam שׁ et וׁ, solo puncti situ
dispunctae literae, quam נׁ et נׂ, sibi simillimae, fuerunt
non nunquam commistae, unde non potuerunt non uarian-
tes existere lectiones. Deinde urbs Silo in uariis expri-
mendi formis, a Cl. *Tellero* congestis, nunquam שילָה si-
gnatur. Hic flagraui cupiditate uel codicis probati, uel
accusatoris editionis, ubi figura talis de urbe inueniatur.
At nihil huius ille potuit nancisci, donec seinel, in exem-
plu Lugduni Batavorum 1662 impresso, eam conspiceret,
et quater, non in ipso fonte Hebraeo, sed Concordantiis
Calasianis deprehenderet. 33) Hi uero testes minoris
sunt, quam ut confessioni manuscriptorum, editionum
que, diligentius curatarum, studiis officiant. Magis pla-
cket Sebastiani Edzardi, Philologorum suae aetatis facile
princi-

32) uid. Cappelli Critic. S. p. 24. squ. 33) p. 148

principis, modestia religioque in frugifera diatribe, sic inscripta, Iacobi Patriarchae de Schilo uaticinium, a deputatione Ioannis Clerici assertum. Nulla mibi ratione probantur, quicunque uel literas mutant, uel vocales. Religioni habeo, uim inferre Sacro Codici, addere quicquam, aut detrahere. Non est boni interpretis, ingenio plus niti, quam textu. Absit a literis diuinis falx, fugienda audacia, temeritas auersanda est, si uerum germanumque diuinioris scripturae sensum perspicere cupimus. 34) Quodsi moderatio critica uel in profanis scriptoribus se a mutatione absinet, quoties sententia potest commoda cum uerbis coniungi, quidni eadem, immo uero maiore, sacris in monumentis utimur temperantia. Neque conuenientia cum grammaticis originibus intercedit. Quis repugnabit, quo minus כידר bellum a כדר, praeceps ruit, ducatur. Pari modo שילה est a אלה, tranquillus fuit, notaturque princeps pacis et auetor, quod quam pulchre in Christum, qui Deum nobis reconciliauit, quadret, dicere nihil opus est. Quam ob caussam nihil moraimur interpretes, literis commutandis saepissime lapsos, nihil, unicam editionem, cui tot aliae cum codicibus manu exaratis aduersantur, Tellerumque Reu. grammatica deficere subsidia statuimus, usque eo, donec melioribus testimoniis comprobamus.

batum dederit, etiam urbem Siluntem, שילה, nun-
cupari

Forsitan *Historia*, ad cuius opem iam sese confert, firmiores ei feret suppetias, in quibus ingentem quoque fiduciam collocat, nisi uelimus omnem Scripturarum interpretationem collabefacere. Quapropter nos dicit in rem praesentem, ut iter Israelitarum, per solitudinem factum confectumque, comitemur, uariaque cum illis locorum peragremus interualla, tandemque in urbe Schilo subsistamus. Tunc, nos, sperat, quasi in charta contemplatueros Iudam, in castris primas tenentem, et, quoties tribus mouerent, antesignanum, donec ab eo, cum Siluntem uenissent, discedentes, terram, uel sorte iam acceptam, uel mox dispertiendam, occuparent. Hic temperare si bi nequit, quin, uerum se manibus tenere, glorietur. *Si hoc non sit, erit dux Iuda, eumque sequentur tribus, usque dum ueniat Schiluntem, nescio, quid sit, desperoque de omni interpretatione Scripturarum.* 35) Immo uero, si uerbis licet uim tribuere, quam uelis, omittere, quae ob-
sist, addere, quae nostrae prosint opinioni. Num שבט primum denotat in profectione locum. Quam nouitatem sentiens significationis ipse uir sagacissimus, sic parua ope-
ra emergit. uno adhuc uerbo monemus, sensum fere eun-
dem

dem manere, siue שְׁבֵט sceptrum, siue tribum uertas, et
si hoc cum uerbo יִסְרָר melius conuenire uideatur. 36) Me-
rito uocula, fere, utriusque significatus conuenientiam mol-
lit. Aliud enim est, tribus ab Iuda non recedet, sed eum
consequetur, aliud, sceptrum Iudea imperiumque non re-
mouebitur. Nec uerius puto, si tribum reddideris, hoc
uerbo יִסְרָר aptius respondere. In contrarias me partes
uocat Sacharias X. 11. שְׁבֵט מִצְרָיִם יִסְרָר, quod hanc uim ne-
quit habere, tribus Aegypti recedet, sed Aegyptiorum tolle-
tur potentatus. Cui Ionathanis interpretationi tanto liben-
tius faueo, quod אֲשֶׁר אַנְתָּךְ adiungitur. Nam sicut haec
formula, maiestatem Assyriorum de gradu deiiciendam, mi-
natur, sic Aegyptiorum dominatus, populo Dei grauissimus,
finem portenditur habiturus. Me quidem non fugit, Gus-
setium uirgam Aegypti, quae feriat Israelitas, praeferre,
praesertim cum וְ praepositum non sit. Qui uero, quam
uarias admittat sententias duarum constructio uocum, re-
cordatur, hac omissa litera nihil mouebitur. Mouebitur po-
tius calliditate, qua Tellerus, uir suspicax, illud מִזְחָקָה pre-
termisit, quod statim poterat ipsum in uiam reuocare, ut
magis de imperio, quam tribu, cogitaret. Clericus saltem,
quamvis caetera dicti uerba contorqueret audacius, de
uoce tamen שְׁבֵט rectius sensit. Vox קְרָבָה ostendit, de sce-

D 3

ptro

36) p. 146

p^tro regio agi. Alii tribum uertunt, sed durior est interpretatio, nec simile uspiam exemplum est. 37) Quo celeius uero clar. Tellerus hanc uocem praeteruolauit, eo nitetur diligentius, ut, collatis Scripturae locis, ei lucem aspergamus. Hic statim usus loquendi nobis patet Hebraeus, cum primum locos, ubi פְּנָנָה legitur, expendimus. adhibetur enim illa uox de Mose, qui Iudeis iussu Dei leges tulit Deut. XXXIII. 21. atque item de aliis Israelitarum magistratibus Iud. V. 14. Nihil uero proprius quaestionem nostram attingit Ps. LX. 9. et CVIII. 9. ubi Dauides Iudam uocat מַחְקָרָה, legislatorem suum, sine dubitatione, quod ex hac tribu et ipse fuerat oriundus, et caeteri debebant Reges nasci. Quocirca sermonis consuetudo Hebrei nos ad potestatem regnandi legesque ferendi, Iudei concessam, potius conuertit, quam ductum illius in bello. Nec quicquam posteriore fulcit opinionem, quod postea additur: *in altero membro לא יסור repetendum, ac si plene dixisset, non recedet dux e medio pedum eius, unde etiam non amplius uerti potest de semine eius, cum מבין רגליו in hoc significatu iungatur uerbo נס, ut Deut. XXVIII. 57. sed pedes hic esse imperium, siue etiam uestigia, et non recedere a pedibus, constanter ductum aliquis sequi.* 38) Quam longe sunt haec omnia petita. Qui leui.

37) Comment. in h. l.

38) p. 146

Jeuiter conuenientiam nouit linguarum, ei Graecorum ex
 $\pi\delta\delta\omega\nu$ statim in mentem uenit, quod latini e medio trans-
ferunt, seu communitate ac societate. Ideo longe facilior
fluit interpretatio, non recedet legislator e medio eius, seu
tribus huius consociatione, eodemque redit haec ratio di-
cendi, ac prior, non recedet e Iuda. Postremo multa,
quaes partibus student, fingendo adiunguntur. Tribus
enim dicuntur Iudeae uestigia pressisse, donec Schiluntem
aduentarint. At uero prius fuerat exercitus Israeliticus
iam dimissus, Palaestina pacata Ios. XI. 23. Alio post
consilio congregantur Israelitae Siluntem c. XVIII. 1. squ.
partim ut, id quod Tellerus silet, tabernaculo sedem ibi
figerent, partim tribus, interea otiosae atque inertes, here-
ditatem caperent. E quibus apparet, iter Israelitarum
non continuatum Schiluntem usque, sed antea, terra pla-
ne tranquillata, finitum

Finem commentationis facit suae Antistes uener. rationi-
bus, quas *Dogmaticas* appellat, excusata breuitate. Hanc
aegrius non ferimus, quod interpretationis uerum exege-
ticas potius argumentis, quam dogmaticis, nititur. Habet
tamen brevior haec tractatio forsan aliam causam, ut in-
uidiam a paradoxis suis auertat, per speciem consensus
cum praeceptis religionis, a Christo traditae. Sed iocari
mibi magis uidetur, quam serio agere, dum oraculum Ia-
cobi

cobi ad seruatorem nostrum sic referre studet, ut eum
spectet e longinquo frugifera accommodatio, ipsa
sententia longe alio pertineat. Abundare autem nihilo se-
cias uideri uult neruis dogmaticis, si uox haec cum ipso,
praeter usum loquendi, potestate capiatur amplissima, ut
et religionis praecepta, et interpretationis codicis diuini
decreta, comprehendat. In his, concessa a nobis sumit,
tanta quidem firmitate animi, ut, nostris nos armis ui-
ctum iri, totus confidat. Expromat nobis sensus suos ipse.
Si haec serio ponunt, atque ita, ut iudicium de interpre-
tationibus etiam aliorum ad eas leges formandum sit, quid
unquam ad commune omnium suffragium deesse posse. 39)
Ecquae sunt illa praecepta interpretandi, quorum muni-
ta ope, ferre punctum noua debet oraculi Iacobi expositio.
Interpretatio quo facilior, hoc uerior, facilior autem eius-
modi, ut facile cuius libero animo accedenti primum in
mentem ueniat, neque aliis certis atque claris principiis
repugnet, maximeque conueniat scriptoris consilio, oratio-
ni utrinque connexae, auctoritati etiam atque grauitati lo-
quentis. 40) Quibus de praescriptionibus quaedam prius
uniuerse monebimus. Laudo simplicitatem explicationis
ac facilitatem, sed, eam, semper, praeferendam, nego. Sen-
sum

39) p. 142.

40) l. c

sum enim, quem nuncupant literalem, a Mysticō disser-
nendum puto, prorsam a uorsa, historicos libros, doctri-
nasque complexos, a propheticis. Scripti interpretatio-
nem expedita commendat euidentia, in rebus gestis com-
memorandis, ac p̄aeceptis institutisque perspicuis, in libro
praeſertim, ad captum omnium accommodando. At
ſensus mysticus, hoc nomine dignus, ad altiora pertinet,
nec plene percipienda. Hic a uero plures diſcedere fo-
lent, quod, relicto Spiritu ſanctissimi testimonio, pro-
cliuiora p̄aeponunt. In carminibus, diuino impulſu fa-
ctis, quoties noui testamenti lumen nos alio dedit, ac
uerborum primus conſpectus indicat. Imagines uero Pro-
phetarum quantas non raro difficultates iniiciunt, si uolue-
ris in externa ſpecie haerere. Psalmus ſecundus, ut hoc
utar, memoria noſtra a multis de Rege Dauide uncto ex-
plicatur, per colorem, quod ſic plana ſint omnia ac pro-
na. Nihilo minus Spiritus ipſe ſanctior in nouo foedere
Aet. IV. 27 ſqu. XIII. 32 ſqu. ne plures cumulem locos
hunc Psalmum Christo vindicat, de quo auguſtiora in hoc
carmine praedicantur, quam, ut in Dauidis personam ca-
dant. Ideo Ill. Michaelis communib⁹ ſe adiungit ſuffra-
giis. Solus per integrum Psalmum Meſſias loquitur, iam
mirans regum uesperiam, fatis obnitentium, iam De-
nerba referens, iam et hortans reges, ut sapere di-



sciat. 41) Apte, ipsiusque Dei luculentis testificationibus
 conuenienter. Nec statim sunt amplectenda illa, quae,
 primum, nostram subierunt mentem. Cogitationes hic
 posteriores, quae rem per omnes partes tractarunt, ple-
 riisque meliores inueniuntur. Si Ps. VIII. 6. primum
 contueor, וְהַסְרָהוּ מֵעַת מְאֹלָהִים, placet mihi interpretatio,
 destitui quidem eum paullisper uoluisti a Deo, ut in statu
 humili maiestate gloriaque diuina ne frueretur, cetera.
 Nam proprietas uocis אלְהִים me has in partes uersat. Ni-
 hilo tamen secius, comparato Ebr. II. 7. errasse me uideo,
 ac de angelis, quibus Christus inferior euaserit, rectius
 sentio. Quod spatium nisi nobis ad deliberandum sumpfe-
 rimus, similes erimus multis, qui, Protei instar, in uarias
 se formas mutant, et quotannis, immo uero celerius, sen-
 tentias retractant. Imprimamus igitur expositionibus no-
 stris illud simplex ac simul perenne, quod Schultensius,
 lobo praefatus, sigillum ueritatis uere uocat. Neque
 sufficit, ut pugna cum certis atque indubitatis princi-
 piis absit. Haec enim uacuitas repugnantiae uincit unice,
 uerba nos sic interpretari posse, quod uarios admittit mo-
 dos, non ueram sententiam, quae uerbis subiecta sit, de-
 monstrat. Accedat oportet usus loquendi, scopo et con-

texto

41) ad Lowthum de sacra poesi Hebraeorum p. 585

textō semper iungendus, ut interpretatio, cui confidere
tuto liceat, existat. Hanc mensuram non implet, quam
Tellerus supra prodidit, interpretatio, quamuis in eam
laudes conferat omnes. *Habes interpretationem facilem,*
nihil peregrini in sermone, nulla difficultas historica, cum
tot tantisque prematur communior, ut iterum decem fere
diversos exitus quaerant, si dicendum sit, quomodo haec in
Christo impleta fuerint, nihil denique in scriptura et ortho-
graphia, quod infrequens sit, siue quod immutandum pre-
cipiatur. 42) Ignoscet mihi uir humanissimus, si haec ef-
fundī magis, quam effici, dixero. Nonne, ut a postremo
ordiar, mutauit orthographiam uocis Schilo usitatam
aliisque substituit, uno nixam exemplo. Nimis exagge-
rat difficultates historicas communis interpretationis, qua-
deinceps dissipare conabor omnes. Nihilne peregrini ir-
sermone, si שְׁבַת, cum סָוֶר copulatum, de tribu acceperis
praeteriens טְהִקָּה, quod uocis potestatem dilucidius decla-
rat, si, praeter analogiam linguarum, מִבֵּין רְגִלוֹ, de imperio
pedumque uestigijs intellexeris, si עַמִּים populos ad tribus
Israelis solas transtuleris. Quae cum ita sint, interpreta-
tionis nouiter excogitatae, non possum, quin negem facili-
tatem, per uulgatamque merito anteferam, quippe qua-
uerbis respondet omnibus, usum loquendi tuetur, et com-

plementum in Iesu tam ponit in numerato, nihil dubitationis ut supersit

Pergit nihilo secius Vir cel. inuentum laudare suum.
Habes id, quod cuius primo intuitu obuium fit. 43) Admirabilitatem profecto habet, quod, ante Seruetum, atque hunc clari virum nominis, nemo tam felicis fuit ingenii, ut hanc natuam pulchritudinem sentiret. Sed non omnibus datum est, pro Schilo, Silo collocare, arbitrioque suo, retinere opinioni, primum subnatae, conuenientia, caeteris dimissis. Qui carminum, diuinitus instinctorum, uim nouit, saepius abstrusam, ea rimari diutius malet, quam primo impetu abreptus, festinare. Neque nos Serueri partibus hoc adiungeret. *Adest sensus, cum nullo rationis aut scripturarum decreto pugnans.* 44) Negat ratio, sine causa graui, prout placet, literas commutandas, negat, in ambiguis uocum significationibus vagandum, sed ex usu loquendi caeterisque argumentis sententiam certam definiendam. Scripturarum uero decreta, quantopere cum uerborum potestrorum pugnant mente, eumque tribus sequentur, וְלֹא וְקַהֲתָ עִמָּם. Taceo, accentus intercedere, quo minus וְלֹא ad Iudam reuocetur, Athnacho sciunctum. Nostra enim memoria, talia interpretandi spernuntur adminicula, quae, si diuinitatem uelis pertinacius addubitat, antiqui-

43) l. cit.

44) p. end

tate

tate tamen commendari debuerunt. Missos facio interpretes antiquos, in quibus LXX et uulgatus non Iudam, sed Schilo respexerunt, *καὶ ἀντὸς περισσότερα ἐθνῶν*, et ipse erit expectatio gentium. In illo moror, quod maxima uaticiniorum ueteris instrumenti multitudine reperitur de imperio Messiae in gentes, per totum terrarum sparsas orbe[m]. Solus Esaias, quam magnificis plurimisque oraculis, illud praesignificat. *Fixus*, inquit ille, c. II. init. *erit postremis temporibus aedis Iouae mons in culmine montium, confluentque ad eum gentes omnes, multique populi, dicentes, agite, escendamus ad montem Iouae, qui nos de uis suis eruditat.* Nam ex Sione lex, Hierosolymis Iouae disciplina proficietur. *Ille gentibus ius dicet, et multos populos corriget.* Nolo plura cumulare, et ab aliis, et ab Huetio, laude digna collecta diligentia 45) quibus gentium confluxus ad Iesum uenerandum, multis priscorum Iudeorum testimoniis, luculenter illustratur. 46) Haec praesagitionem, in ani-

E 3

mo

45) Demonstr. Euang. Prop. IX. c. 158

46) Hic non possum, quin rufus reuocem in memoriam filio frugiferum consilium, olim, a Parente, coelo recepto, inculcatum, aequiore fortasse animo accipendum, quo iterum iterumque interpretibus loci praesentis illud iniungit grauiter, ne postrema Iacobae uaticinationis uerba, quae gentium concursationem ad Messiam canant, unquam a prioribus, quibus Pacificatoris aduentus

praesi-

mo Iacobi diuinitus inclusam, in lucem proferunt tantam,
 ut totius mundi ad Christum concursionem quasi oculis
 percipiamus. Contra ea, quam frigida ieunaque ab ipso
 proditur posteris commemoratio, *Iuda praecedet agmen,*
ac tribus eum consequentur. At uero secus existimat au-
 ßor Ven. nimis addicetus opinioni suae, *omniaque Iacobo*
digna censet, uti uniuersae orationi accommodata. In his
 cum

praesignificatur, diuellant, sed cum illis arctissime copulent. *Dieses halten wir für eine boechstnoethige Anmerkung, daß man diese Rede Jacobs, welche die bestimmte Zeit dieser Dauer anzeigen, in ihrem ganzen Umfange nehmen, und nicht nur einen Theil davon in Betrachtung ziehen soll.* Wir wundern uns, daß die gelehrtesten Ausleger nur bey diesen Worten stehen geblieben, *BIS DER SCHILOH KOMME*, da man doch billig auch das folgende, das so genau damit verknüpft ist, nicht davon absondern, und also dieses als die Bestimmung des vollen Termins erwaegen sollte, *BIS DER HELD KOMME, UND DIE VOELCKER IHM ANHANGEN WERDEN.* Quod ipsum praeceptum, alio repetitum loco, legas licet. Probe considerandum est, arcteque tenendum, ad integrum naticinationem Iacobi morientis non illud solum pertinere שְׁרֵךְ יְבָא שִׁוְלָה וּוּרְקָה עֲמִים uterum etiam hoc prius igitur, quam regia potestas prorsus a tribu illa auferretur, non satis erat, Christum uenisse, sed et necesse erat, ipsum iam consummatum (Hebr. V. 9.) patefieri, ipsiusque aduentum cunctis gentibus nuntiari.. Nunc terminus esto! interprete ipso Iesu Matth. XXIV. 14. ac teste experientia. uid. Hollazii Examen p. 677

cum cardo caussae uertatur, Tellerus ipse defendat se, ne
 uidear neruos eius incidisse. Cum propositum erat Iacobo,
 fata proxima filiorum suorum praedicando describere, in-
 primisque terrae Canaan possessionem iis confirmare, quam
 bene cobaerens cum eodem haec oratio, Iuda tamdiu antesi-
 gnanus reliquorum erit, quamdiu in itinere uersabuntur.
 Cumque idem in proxime antecedentibus felicitatem bellicam
 Iudee promisisset, et in proxime sequentibus fertilissimae ter-
 rae possessionem ei designasset, quo modo non media, inter
 utrumque effatum, oratio de principatu Iudee in bellicis ex-
 peditionibus, harumque cum totius itineris fine non consiste-
 ret tantum, uerum etiam progredientem orationem ornet. 47)
 Sumitur hic, quod, an perfici possit, magnopere dubito,
 Iacobum fata modo proxima filiorum procul uidisse. La-
 tius patet formula באהוריית הימים, extremis temporibus re-
 motisque. Hic non opus est longiore uerborum circuitu,
 quod alio in loco uir Hebraeae dictioonis haud ignarus me-
 liora sequitur. So heißt es doch, daß er die Begebenheiten
 der letztern Zeiten zum Inhalt seines Gesprächs gemacht?
 Ja, dies ist freylich der Laut des Ebraeischen Außdrucks,
 aber nicht der Sinn derselben. Luther hat recht, wenn er
 einem deutschen Ohr verstaendlicher, künftige Zeiten, über-
 setzt. Das in der Grundsprache parallele Beywort bedeutet
 jede

47) l. c. p. 143

jede folgende Zeit, jede Zukunfft, ohne Unterscheid, sie mag
 nah oder ferne seyn. 48) Rekte uero longinquis etiam
 futura his uerbis concluduntur, ac, formula praesertim so-
 lemni, tempora Messiae. Quod sicut Kimchius ad Es. II.
 2. ex ipsis Iudeis obseruat, sic LXX ἐπ' ἔχατων τῶν ἡμερῶν
 transferunt, ac Paullus de nouo instrumento imitatur, ὁ
 Θεὸς ἐπ' ἔχατων τῶν ἡμερῶν τότων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν ὑδῷ Ebr. I. 2.
 Deinde totius orationis coagmentatio nos certiores facit,
 etiam longis temporum interuallis interrupta diuinari, uel-
 ut in elegantissima dictio[n]is figura u. 16. *Dan iudicabit populum suum.* Quae sicut tribus Danis dignita-
 tem, diu post Palaestinae partitionem, per Simsonem oc-
 cupatam, effantur, ita prohibet nihil, arbitrari, Iacobum
 Iudei uicissitudines sic habuisse ante oculos ut praecipuum
 decus illius prospectarit, amplitudinem regni legumque
 ferendarum, usque ad ortum Messiae continuandam.
 Namque diutius duratura Iacobus simul comprehendit
 animo, uelut Leuitarum per tribus dispersionem u. 7. quae,
 dum floruit Iudeorum gens, sacerdotio dedita Leuitico,
 exitum habuit continentem

Nec uero recuso, possessionem Palaestinae, ab Iacobo,
 diuino agitato numine, stabilitam, dummodo conueriones
 rerum

48) in der Einleitung zur Uebersetzung des Seegen Iacobs und
 Mosis p. 23

rerum, in hac ipsa regione, temporibus longinquis, se-
cutorae, ne disiungantur, uel prorsus remoueantur, dum-
modo ne sola florentissima Canaanis terra, bonis
longe praestantioribus aeternisque plane depositis, mo-
rienti seni, existimetur, ante oculos obuersata fuisse. 49)
Sic Gadum, Iacobus pronuntiat, insidiis hostium quidem
peti-

49) Ita autem sentire uidetur auctor Cl. eosque, qui Iacobum, pree-
ter bona huius uitae, beneficia etiam spiritualia, in regno Mesiae
percipienda, animo praefensiſſe, sibi persuadeant, iusto plus phan-
tasiae suae indulſiſſe existimat. Dicenigen, welche sich einem mehr
gutgemeyneten als erleuchteten Eifer überlassen, und es für eine
Geringſchaerzung Iſu Chriſti anſehen, wenn man ihn nicht in einer
jeden Gegend der Schriften des A. T. gewahr wird, haben auch in
dieser Weißagung die entferntesten Begebenheiten des Reichs I. C.
aufgesucht, und ihre Einbildung Kraft ist ihnen dazu behülflich
geweſen, sie zu finden. — Es ist deutlich, so bald man den ganzen
Inhalt und Zusammenhang der Rede nur mit weniger Aufmerksam-
keit, und ohne Vorurtheile, betrachtet, daß das Ganze eine Verkü-
ndigung ſeyn ſollte, von dem gewißen Eingang in das Land Canaan,
dem besondern Strich des Landes, welches ein jeder Stamm in demfel-
ben beſitzen würde, und der Lebens Arth, bey der ein jeder sein
Glück machen würde. vid. die Einleitung zur Uebersetzung des See-
gen etc. p. 20. 27. Quam quidem interpretandi rationem, ut lu-
bricam et suspicioſam admodum, nouissime, repudiat Plurimum;
Reuerendus Panzerus in lectissimis animaduersionibus, quibus Nel-
ſoni



petitum iri, uictoriam tamen reportaturum. Quam diuinationem Tellerus ipse protendit adeo, ut uel tempora Noui foederis comprehendat, quibus Iericho, ibi sita, continua praedonum incursionibus, multa pericula obiecerit. Es ist nemlich, aus der euangelischen Geschichte bekannt, daß die Gegend um Iericho sehr unsicher gewesen, nun lag ihr gegen über Hesbon, eine Stadt der Gaditer, deren Erbtheil sich von da erstreckte bis gen Rama, und war diese

ganze

soni Anti-Deistica, quae uocantur, Biblia, in patriam conuersa lingam, illustrare, hoc anno, coepit. Auctor ei suasorque fuerat Summe Venerabilis Plittius, omnem continentibus studiis nauans operam, ut pestifera sentiendi libido, latius quotidie serpens, comprimatur. Panzerus autem consilium saluberrimum tanta cum laude perfecit, ut, si opus, eodem tenore, ad finem perducatur, immortalem gloriam posteritatis iudicio reportaturum uideatur. Sic autem pronuntiat. Dass der sterbende Patriarch nicht weiter soll gesehen haben, als nur in die Zeiten, da seine Nachkommen das Land Canaan einnehmen und besitzen würden, kann nur von denen behauptet werden, die sich einmahl vorgenommen haben, Christum nicht in dieser Weissagung anzutreffen, welches ganz neuerlich von Hrn. D. Teller in Helmstaedt geschehen ist. — — Dabin gehoeret auch dieses Vorgeben, dass DAS GANZE der Reden Jacobs nichts als eine Verkündigung seyn sollte von dem gewissen Eingang in das Land Canaan, dem besondern Strich Landes, welches ein jeder Stamm in demselben besitzen würde. Tom. I. p. 312

ganze Gegend noch überdem, wegen der vielen Berge und Thaeler, ein bequemer Auffenthalt für dergleichen raeuberische Partbeyen. Man siehet also, wie dieser Stamm mehr, als die übrigen, ihren unfreundlichen Anfaellen ausgesetzt gewesen. 50) Neque, quod amplius addo, commodum reperies locum ductus Iudae in agmine Israelitarum, si fueris totius orationis Iacobi coagmentationem percontatus. Incipit pater, morti proximus, ab laude, qua Iudam fratres sui sint propter fortitudinem ac felicitatem aemulaturi, tanta quidem, ut sint ipsum adoraturi. Haec ueneratio num praestatur legioni, quae ordinem copiarum dicit. Nonne principatus potius Iudae regiaque maiestas praemonstratur, cultus tam summissi capax. Amplificantur haec ornamenta generoso eius animo ac magno, quo, leonis robore, discrimina spernat, omnia, quae resistant, prostrata sibi subiiciat, praedaque fruatur secure. Quam ob caussam dominatio promittitur illi, per manus tradenda, dum pacis ueniat au^tor, totumque orbem in potestatem redigat. Au^toritas denique tam insignis cum terrae fertilitate copulatur, uino lacteque abundantis Quae cuncta, procul dubio, aptius colligantur, quam, si nouam sequare interpretationem, *Te, Iuda, fratres tu*.

F 2

laudi

50) Uebersetzung des Seegen Jacobs p. 50

laudibus atque adoratione prosequentur, uiribus animoque
 ualidiores, quam ob rem tribus antecedes, donec Siluntum
 traducantur. Hic, quid uiri grauioris iudicij existiment,
 malo, ex ipso Tellerio cognoscatur. Cum duobus uiris egre-
 gie doctis nuper Lipsiae coram hanc interpretationem indi-
 carem tantum leuiter, hoc difficultatis remanere uidebatur,
 quod ita Iacobus nimis leue aliquid, et, in quo parum mo-
 menti sit, praedixisset. 51) Negat uero ille leue nominan-
 dum, quo semper quid post euenturum in republica Israe-
 litarum praefigiatur ante, ad fidem Israelitarum in Dei
 prouidentiam egregie alendam atque confirmandam. Sed,
 profecto, multo magis nutrita fuit fides et corroborata po-
 sterorum summo Iudee fastigio, in Messia tandem sic eue-
 hendo, ut nihil supra. Grandius adiicit Tellerus mo-
 mentum, praeparationem nimirum animorum, qua caete-
 rae tribus diuinae uoluntati de primatu Iudee exequendo

pare-

51) p. 143. 144. Hunc scrupulum notis Criticis foras datis pror-
 fus non euulsum fuisse, sagaciter animaduerit modo excitatus a me
 Ven. Panzerus. *Wir glauben, daß der Ibn bereits gemachte Ein-
 wurff, daß Jacob solcher gestalt seinen Soehnen eine Sache von gar
 keiner Wichtigkeit vorher verkündiget habe, von ihm noch nicht
 gnugsam beantwortet, am allerwenigsten aber binlaenglich erwiesen
 worden sey, wie bey seiner Auslegung die folgenden Worte dieses
 Verses: NOCH EIN MEISTER VON SEINEN FUSSEN,
 bestehen koennen?* p. 322

parerent, neque familiae, e fratum seniorum posteritate
prognatae, indignarentur. At hae querelae conticuissent
statim, Mosis Iosuaeque iussu, uirum diuina uirtute arma-
torum, ut non opus uideatur, animos tam diu ante pae-
colere ac praeparare, praesertim, cum primus in agmine
locus in quotidianum capitis periculum arcessat, quod ui-
tant, quibus licet post principia stare. *Quid plura, cum uir*
acutissimus, quam haec sint imbecilla, sensu profiteatur suo.
Sed maiora nobis in promptu sunt. Neque enim praeterit
ipsum, aliis non posse modis scrupulum euelli, de Iesu Mo-
sen et omnes Prophetas uaticinia edidisse. Tollere qui-
dem studet eum, quod non sit de omnibus uaticiniis a-
ctum, si hoc Iacobaeum, inter ea, male collocatum ostendatur.
At, cum sit hoc, ex antiquissimis ac manifestissimis,
contra Iudaeos magno cum fructu tractatum, pro eo con-
seruando merito propugnamus. 52) *Quo fructu ne nos pri-*

F 3

uet

52) Facio hic, quod profiteri me non pudet, prorsus cum b. Lu-
thero, quem, scio, excellentia uaticinationis nostrae adeo percussum
fuisse, illi ut principatum praeter alias, in ueteris instrumenti ta-
bulis reperiendas, dederit. Audiatur ipse, operae est pretium,
neruose grauiterque differens ea de re, in paeclaro in Genesin com-
mentario. Daraus koennen wir nun mit den Liiden handeln. Demn
weil Sie weder Koenigreich, noch Regiment, weder geistliches noch
weltliches haben, sind dazu auch aus dem Lande verstoßen, und durch

die



uet uir aequissimus, uestigia tamen in eo praedictionis de Iesu Christo et regno eius, haud obscure impressa, manere, statuit. Vbi tandem haec sunt quaerenda. In uniuersitate, inquit, sententia, Iuda erit in itinere antesignanus reliquorum. Quae quidem cum nimis longe petita facile uideantur, sic rationes init. Deus per omnes euentus in re publica Israelitarum rei Christianae quasi imaginem adumbravit et expressit, dum corpus ipsum appareret. Gessit igitur Iuda Iesu personam, ex hac tribu oriundi, et imaginis regni eius quasi primas lineas duxit. Sed Deus, in aedificio terrestri, coelestis pictura, extruendo, primo iecit fundamenta, iisque sensim unam alteramque partem superstruxit. Ideo Iacobus imperii Iesu
publi-

die Welt zerstreuet, kurz, da ist weder Scepter noch Meister, so muß der Held oder Messias gewiß gekommen seyn. Sie koennen auch nichts darwider aufbringen. DENN ES IST SO EIN GEWALTIGER SPRUCH, ALS KEINER IM ALTEN TESTAMENTE. So ist nun unlæugbar, daß, als Christus kam, war ihr Regiment aus, und das Volk ging immer mehr unter, biß sie jetzt gar vertrieben sind, daß sie nirgend eine gewisse Städte haben, und sind nun anderthalb tausend Jahre vergangen, daß sie müssen, ohne ihren Danck, bekennen, er müsse laengst gekommen seyn. Also, daß auch unser Euangelium und neues Testament gegründet ist auf diesem Texte, daß es muß rechtschaffen seyn. Tom. I.
p. 273. edit. b. Boerner

sublimioris praesignificandi fundamenta posuit, quibus
deinde fuit minor pars imposta, cum Iuda iuberetur post
mortem Iosuae bellum gerere, ac maior postremo, cum
Dauid rex crearetur, a quo tempore, perfecta undiquaque
aedificii coelestis figura, omnes tanquam eius spectatores
hunc Dauidem seruum Dei intueri debuerint, ac tribus Iu-
dae semper in altera parte diuisae reipublicae priorem tenere
locum, ab eaque Beniamin appellari. Inde rationes inter-
ferit, cur Iacobus neque Iosephum, in summa dignitate
imperii iam constitutum, neque Beniaminum, non mi-
nus dilectum, ad huius principatus auctoritatem selegerit.
Abiiciendam modo praecipit sententiam praecognitam,
ac si uaticinia de Iesu mox ira clara fuerint, ut, ea qui audi-
rent primum, etiam totam religionem Christianam uno
intuitu uiderent.⁵³⁾ Habes summam argumentorum, quibus
Tellerus, salua sua explicatione, nos ad Christum ducit.
Ego uero, ne illud summoneam, uoculas, *quasi*, *tanquam*,
repetitas satis prodere, contortionem uerborum ab ipso
perceptam esse, nego, ea nos praeiudicata laborare opi-
nione, Patres ueteris instrumenti tantum intellexisse, quan-
tum nos, compleatis diuinitus effatis, quamlibet id certo
certius habeamus compertum, illos nequaquam adeo ru-
des rerum atque expertes fuisse, ac nostra finguntur

a mul-

53) p. 144. 145

a multis memoria. Nouerant e crebris pollicitationibus diuinis, in semine Abrahami gentes omnes fortunatum iri. Nouerant exemplis regum, inter quos uiuebant, quid sceptrum sit cum auctoritate leges ferendi. Quapropter non diu in uerbis Iacobi cogebantur haerere, quo cognoscerent, fore, ut Iuda sumnum obtineat locum, dum pacis princeps nascatur, cuius populi iussa capeſſant. At longe fuissent intellectu difficultiora ab Iacobo dicta, si debuissent illi interiores prius rei publicae Iudaicae recessus scrutari, in eiusque effigie Christum cernere. Evidem satis admirari non potui, Virum, interpretationibus mysticis parum fauentem, hic potuisse iis assentiri, quae typorum comminiscendorum libidinem excitent alantque. Po- ne, quaeso, omnes euēntus rei publicae Israelitarum simulacula regni Christi praebuſſe, quantum se effrenata iā- Etabit ingenii audacia quam testimonii Spiritus S. clario- ris expeſtatio statim comprimit. Vbi uero codex diuinior alibi testatur perspicue, Iudam, in agmine Israelitarum ducendo, Messiae regis personam gessisse. De Dauide ac Salomone, ex hac tribu procreatibus, id constat, de tribu ipsa nusquam uestigium reperitur. Atque ideo Iosephi posteritas ac Beniamini hanc excellentiam non aequauit, quod ex ea tot reges cum Messia in lucem editi non sunt ac suscepiti. Quanto igitur satius fuisset in recepta acquie-

ſcere

scere sententia, in qua Iesum, ipso nomine appellatum
 pacificatoris, ante oculos propositum intuemur, in qua
 tempus ortus eius conspicimus, in qua gentium omnium
 concursum uidemus admirabilem, ipso exitu comproba-
 tum. Nihil hic in uerbis ipsis deprauamus, horum po-
 tius seruamus proprietatem, ac rerum gestarum memo-
 riam testem ueri locupletissimam habemus. Reges primo
 e tribu Iuda ad gubernacula federunt, exceperunt eos, post
 fatales Iudeorum calamitates, legislatores, iisque tenore
 uno pertinuerunt ad Messiam, quem cum Iudei repudia-
 rent, Deus gentes de legit, Christi doctrinam undique
 complexas. Ne quid denique dubitationis de interitu
 rei publicae Iudeorum, quem Iacobus ante tot saecula pree-
 cinuit, animum premat tuum, Casaubonum tibi praeter
 alios commendabo magistrum, quo duce, alio iste coepit
 tempore, alio promotus postea fuit, alio tandem confe-
 etus. Coepit anno, ante Christum natum, sexagesimo, quo,
 auctore Iosepho, Pompeius Hierosolymarius adyta templi
 profanauit, tributa Iudeis, sine modo, imposuit, adem-
 ptaque libertate, reges Romanis inservientes successerunt.
 Promotus autem fuit anno, post ortum Christi, decimo,
 quo, Archelao relegato, Iudea in formulam fuit prouinciae
 redacta, sublato Rege atque Ethnarcha. Confecit populi
 perniciem Iudaici disturbatio Hierosolymorum tem-
 plique uastatio, eumque imperio spoliatum prorsus nu-

G

davit.

8
I
I
davit. 54) Quae cuncta, in unum redacta, interpretationem antiquitus probatam nobis persuadent, non opinione solum, sed ad rei ueritatem, ut uerear, ne aetum agam, si diutius in ea defendenda morer. Mihi quidem, pro instituti ratione, sufficit, ostendisse, argumentis undique comparatis, infirmiores esse rationes, quibus pro urbe Schilunte pugnet Theologus Helmstadiensis, firmissimas contra nos ad Messiam, pacis reconciliatorem, patrum ultimorum perfugium solatiumque, conuocare

Restat, ut Telleri Ven. peroratione finem commen-
tationi faciamus, qua uehementer deprecatur iniuriam, 55)
quae

54) Exercit. I. ad appar. Annal. Baron. p. 19. squ

55) Hanc suspicionem lenius feret ille, quod eam mouit ipse iis, qui, animo perattento, meditationes suas criticas perlegerant. Ne de Ven. Panzero dicam, ad Erlangenses Schedas prouocabo, huius institutum egregium, ut par erat, laudantes. *Bey dem Seegen Jacobs wird die Tellerische neue Uebersetzung geprüft, und besonders die scandaleuse Verdreibung der schoenen Weissagung vom Schilo Gen. XLIX. 10, welche der Hr. D. Teller dem Servetus verdanket, kürzlich wiederleget.* vid. Erl. gel. Zeit. h. a. p. 283. Nihilo feciis alios huius corruptelae a S. Vener. Boyesenio, cui stat propositum, Telleri sententiam, ex instituto, ad limam reuocandi, detectos esse fontes, dum haec scribo, ex literatis Hamburgensium ephemeridibus intelligo, unde haec decerpam uerba. *In Uffenbachs Bibliothekue MSct. wird von dem seel. Maius ein exegetisches Buch recensiret, und aus ihm die Erklaerung unserer Stelle eines neuen Rabbinen ausführlich niedergeschrieben, mit der die Tellerische fast woertlich übereinkommt,*

quaes, Serueti ipsum uestigia pressisse, in tanta diuersitate argumentorum et sententiae, iactet. Quam quidem accusacionem ipse ab eo propulsandam iudicarem, nisi comparatio opinionum mox ipsum premeret in eo, quod caput est interpretationis. Duplicem Seruetus sensum confingit, alterum literalem, mysticum alterum, hic Christum monstrat, non ille. Tellerus Christum quoque non in uerbis quaerit, sed reipublicae Iudaicae uestigiis. Seruetus de urbe Silo cogitat, ubi Iacobi carmen exitum habuerit plenum, distributione Palaestinae expugnatae. Tellerus easdem partes tuitus, modo simul animum refert ad superiora tempora, quibus Iuda ducem se agminis gesserit. Pinxit tamen, quam laudem nemo fortasse ipsi inuidet, primas Serueti lineas uariis coloribus, undique conquisitis. Vos, Ciues lectissimi, rem omnem accurate ponde- rantes, iudicium fertе, num hanc a uobis mercedem postulare possit. *Valde iniquus sit, qui nos non potius laudare uelit, quod munus Theologi, qui debet esse interpres scripturarum, ita tueri studeamus.* 56) Est hoc omnino

G 2

Theo-

kommt, die grammatische Anmerkung nicht aufgenommen. vid. Hamb. Nachrichten aus dem Reiche der Gelehrsamkeit p. 766. subiicitur celebr. Boysenii reprehensio aberrationum Tellerianarum in epist Theologicis P. 2: daß der Hr. D. bey Bestimmung des Inhalts der Patriarchalischen Rede, IM GANZEN gefehlet, und sich, gegen seine eigenen Warnungen, von Vorurtheilen blenden lassen 56) p. 147



Theologo munus impositum, non rerum nouarum studio
obeundum, sed castae doctrinae, e sacris literis uere reli-
gioseque explicatis depromptae, obseruantia. Quo circa,
hic Virum ampliss. ducem ut uobis deligatis, auëtor esse
non possum, quamuis se liberaliter uobis offerat. Neque
aliud quid consequi uoluimus, quam, ut iuniores hoc tali ex-
emplo discant, quantum donum in ecclesia sit interpretatio
scripturarum, quantam iacturam faciant, qui eam in
academiis negligunt. His itaque scripsimus, hos obtestam-
ur, in horum gratiam ipsi scripturarii etiam publice esse
uolumus. 57) Seruet Deus in posterum hunc animum filio
Patris, de codicis sacri perspicientia accurata meritissimi,
ut ad uerbi regulam diuini se componat unice, hanc ne
deprauet, sed incorruptam sine labe retineat, ac, dimissa glo-
riolae cupiditate, e sola ueritate, ueram gloriam, quae ferat
aetatem, expectandam censeat. Ita stabit, id quod toto pre-
camur animo, promissis publice factis, magna animi uo-
luptate a nobis lexitatis, se per omnem uitam uerae in
scripturis traditae religioni constanter adhaesurum esse, et
laudem Theologi protestantis ita quaesiturum, ut aduersus
omnia serio testetur, quae atrię regens dici certum fit, prom-
tus etiam atque paratus, si quis alias, ante affirmata reclamare,
auëta, ut fit, intelligentia eorundem diuinorum librorum. 58)

Tum Vos, Religiosissimi Ciues, monebimus studiose, ad

57) l. c.

58) Ep. dedic

exem-


exemplar Tellerianum ut uestra componatis studia, imo uero ad maiorum nostrorum feueriorem disciplinam, ab Luther, interprete felicissimo, profectam, quam Franzius neruose describit. Opus est ardentibus precibus, opus pace et tranquillitate mentis, opus tempore non angusto, opus sudoribus et laboribus indefessis ac sanctis, opus colloquiis familiaribus et candidis, opus experientia, sano et maturo iudicio, abesse debent festinationes noxiae, aemulationes morosae, praeposterae iudiciorum et affectuum omnium perturbationes. 59) Talibus instructi subsidiis ad Iacobum, de Schilo canentem, si accesseritis, ille uos ad Iesu ducet cunas, qui tum lucem accepit, cum Iudae sceptrum prope iaceret. Hic ueneramini cum Sacerdotibus piis, largiter ad aram remunerandis, pacificatorem stirpis humanae, e gentibus illis procreati, quarum Iacobus obsequium praeuidit, nouo, his diebus, beneficio maximoque nobiscum deuineti, quod Aedis illius restitutio monstrat, unde lux salutaris doctrinae fuit longe lateque sparsa. Idem nos adhuc tenuerat desiderium, quo Dauides quondam conflagravit 60) confectus fere cupiditate atriorum Dei, ubi tanquam passer inueniat domum, atque hirundo nidum, in quo pullos suos reponat, beatosque praedicans omnes, qui in domo Dei habitent, eumque continenter collau-

59) l. c. p. 14

60) Pf. LXXXIV. 3. squ



collaudent. Nunc stator rei sacrae summus uoti nos damnauit, te^{cto} templi nostri parato, ac solemni ritu, religiosissimas inter cantiones, inter laeta tubarum tympanorumque sonantia certamina, hominibus undique confluentibus, Eid. Decembr. dedicato. Quo sanctiores iam fundimus preces, ut diuinum praeponensque numen consiliis porro nostris faueat, atque hanc sedem religionis castae exaedificari feliciter iubeat. Amet in posterum portas Sionis, sanctis in montibus fundatae, praeter caetera Iacobi domicilia, ac praeceptorum tueatur munditiem, quae cum Luthero maiores pii nobis transdiderunt, ut horum quoque felicitas ad nos propagetur. Vigeat coelesti prae-sidio FRIDERICI AVGUSTI generosa iuuentus, ac, Natali saepius splendidiusque redeunte, spem Saxoniae crescentis sustineat. Radices agat uera XAVERI PRINCIPIS REGI gloria, quam, dum erunt tempora, liberalitas fouebit, in hoc domicilium sanctum collata, exemplo cum omni perpetuitate exaequando. Floreat, continentibus accessionibus aucta, Regia Gens omnis ac Principalis, ut eius tutela recreati, tranquillam, honestam religiosamque uitam degamus. Quas precationes, *Ciues Optimi*, qua decet animi contentionе, nobiscum suscipite, geniisque cantantibus uos adiungite, gaudiis exultantes, ac semel iterumque repetentes, Schilo uenit, *ein γῆς εἰρήνη*. P. P. Ipso Natali Iesu A. MDCCCLXVI



Joh 1299

ULB Halle
003 006 867

3



f
Sb

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



CARMEN

IACOBI MORTALITATE DECEDENT
DE SCHILO

NOVISSIMIS LIBERAT SCRVPVLIS

ET

CIVES ACADEMIAE LECTISSIM
AD NATALIA IESV

OMNI QVA DECET ANIMI RELIGIONE CELEBRAND

HUMANISSIME INVITAT

IOACHIMVS SAMVEL VVEICKHMA

S. S. THEOLOGIAE DOCTOR
HVIQSQUE PROFESSOR PUBLICVS ORDINARI
NATVS ECCLESIASTICI ASSESSOR AD OO. SS. PRAEPC
SVIQVE ORDINIS H. T. DECANVS

VITEMBERGAE D. XXV. DEC. MDCCCLXV

PRELO CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACADEMIAE A TYPIS

Illustri